

orem,
ur. t. 2.
lit. non
causa
ffus x-
Ceuten.
Bachho-
T. de exer-
ssidere
c leg. fin.
amen-
stessio-
ei lega-
um via
est. vid.
d. vigili
in bo-
uemvis
rantem
indiu.

G-27. num. 27, 922.
DISPUTATIO INAUGURALIS
De 1712, 26
MISSIONE
IN
BONORUM POSSESSIONEM
EX
PRIMO ET SECUNDO DECRETO.

Germanice:

*Vom Einsaß aus Erster und Anderer
Erkanntnuß.*

Occasione lib. 2. Decret. Tit. 15.

QVAM

EX DECRETO ET AUTORITATE
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
PRÆSIDE
DN. ERNESTO THEOPHILO MAJERO,
U. J. D. J. CAN. P. P. O. & CONSILIARIO
WURTEMBERGICO,


PRO LICENTIA
SUMMOS IN IUTROQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA LEGITIME CAPESEN

Die Mart. MDCCXII.


In Aula Nova

Publice & solenniter defendet

FRIDERICUS JACOBUS WIDT, Montisbelligardenensis.



TUBINGÆ, Typis Viduae GEORG-HENRICI REISL.



PRÆFATIO.

REi Contumaciam non solum in sua persona , sed etiam in rebus Varie coerceri in propositulo est , dum in iis patitur , vel multæ indictionem , *L. Un. ff.*
si quis jus dicenti non obtemperaverit , vel jurejurando in item coercetur , l. 68. de R. Vind. l. 5. & 8. de in lit. jur. aut litis damno , l. 53. de re judic. aut Sequestratione possessionis & fructuum c. 2 de dolo & contumacia. Cap. I. & fin. X. de seq. possess. aut captura pignorum juxta §. 3. Inst. de satisdat. tutor &c.

A 2 quo

quoad has tamen poenas, quibus res contumacia subjacent, facile sibi primum locum vindicat Missio in bonorum possessionem ex primo & secundo decreto, qua Prætor actori ante litis contestationem contra reum in non veniendo contumacem, succurrit. t.t.
ff. ex quibus cauf. in poss. eat. junct. tit. J. Can.
extr. ut lite non contest. Exantlatis igitur examinibus consuetis concessaque ab Amplissima Facultate Juridica, facultate disputandi,
pro summis in utroque jure honoribus &
privilegiis legitime capessendis, non potui
sine publico specimine edito Muisis Almæ
hujus Eberhardinae valedicere. Placuit ita-
que, missa alia juris materia, hanc de Mis-
sione ex primo & secundo decreto, ceu in
praxi, in primis in hoc Ducatu Würtember-
gico adhuc frequentissimam & per quam
necessariam feligere, eandemque Inaugura-
lis Disputationis nomine exhibere:

Annue Tu cæptis Christe benigne meis.

Secundis etiam tuus
pollio
cum
duo
A

C U M D E O.

T H E S. I.



Cturus itaque de Missione in bo. ^{Definitio.}
norum possessionem ex primo &
secundo decreto , primitus non-
nulla , pauca tamen , de Etymo-
logia & Homonymia premitten-
da sunt. Est autem , quod attinget ^{Nominalis.}
missionis nomen , illud verbale ,
descendens a verbo mitto . vid. Tabor in not. ad Coll. Ju-
rid. Argentoratense , ad tit. quibus ex caus. in poss. eaf. n. ii.
Ubi , quod aliquando significet rem aliquam vel etiam
Personam , ab uno loco ad unum transferre vel am-
andare , notat. ex l. 12. §. 1. ff. de re milit. l. 4. §. f. delegation.
l. 32. ff. de donat. & quod quandoque etiam idem sit ,
quod remittere , ut in l. 12. de his que ut indign. aufer. Fre-
quentius tamen hæc vox conjungitur *cum* verbo pos-
sessionis , ut dicamus mittere in possessionem , laud. Tabor
d. l. Viii. in sel. quest. lib. 2. quaff. 36. Possessio autem unde
descendat , & quam varie accipiatur , hac vice addu-
cere supersedemus : de quo tamen vid. l. 1. pr. & §. 3.
l. 18. pr. de acquir. vel amitt. posses. juncta l. 11. C. de pradiis
minor. & Coll. J. A. de acquir. vel amitt. poss. cum not. Tabor.
Voss. Lexic. Etym. voc. possidere . hic denotat vel undam de-
tentionem , vel veram possessionem .

Bona autem unde deducantur & quam varie ac-
cipiantur , constat ex se , vid. l. 49. de V. S. in quo autem

sensu nostræ sint considerationis , ut & quid vox pri-
mi & secundi sibi velit , sequentia aperient , vid. ta-
men etiam *Myllerus ad Struv. ad tit. π. ex quib. caus. in poss.*
eat. Thes. 38.

THES. II.

Realis.

1.
Missionis
ex primo
decreto.

2.
Missionis
ex secun-
do decre-
to.

Pergimus potius ad ipsam definitionem realem:
noster autem judicio , quod attinet primo mis-
sionem ex primo decreto. Ea commodissime ita
definiri poterit , quod sit inductio actoris in bona rei
ante item contestatam contumacis , prævio de-
creto & jussu Magistratus competentis , per appar-
tores facta , ut Actor una cum reo ea custodiat , &
pignoris vice detineat , donec hic veniat responsu-
rus l. 2. ex quib. caus. in poss. eat. vid. *Hahn. tract. de ju-*
re rer. c. 6. n. 5. Wesenb. ad tit. de damn. infect. n. 6. ibid. Hahn.
Missio vero in bonorum possessionem ex secundo de-
creto , est collatio veræ possessionis bonorum rei , in
dicta contumacia perseverantis , a Magistratu com-
petente altero ipsius decreto actori , qui jam ante ex
primo decreto in possessionem missus est , facta. Ut sic
aliud sit in possessionem mittere , quod est primi de-
creti , aliud possidere jubere , quod est secundi de-
creti , *Hahn. ad Wesenb. dict. tit. Verb. primum decretum, que*
ipsa confundere velle ineptissimum esset. add Brunnem.
in repetit. parat. Wesenb. ad tit. de damn. infect. qu. 1. 4. & seqq.

Quid vero actori , ut primum decretum obti-
neat , attendendum sit ? tradit Ludov. Bolognius
Repet. l. si finita. §. juliam. ff. de damn. infect. n. 71.

THES. III.

Causa Ef-
ficiens re-
mota utri-
mota utri-

Causa Efficiens remota utriusque missionis est
jus. l. 2. princ. l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. cap.
ult. §. in alis. x. ut lit. non contest. cap. 2. cap. pen. x.
de dolo , Propinqua vero Magistratus Competens. l. 2.
Leg.

Leg. 3. §. ult. de acquir. vel amitt. poss. cap. 1. b. i. & mis- usq; mis-
sionis quidem ex secundo decreto is ipse, qui jam fionis &
antea actorem in possessionem custodiae causa misit, qua.
propin-

argum. d. c. 1. b. t. c. ult. §. ult. x. ut lit. non contest. cap.

pen. supr. de dol. & contum. l. 7. §. 1. quib. ex caus. in poss. eat.

dicitur autem hic competens, qui jurisdictionem imperiosam sive eminentiorem, utpote, quo hujusmodi missio spectat, habet. l. 4 de jurisd. l. 26. pr.

& §. 1. ad municip. d. l. 3. §. fin. de acquir. vel amitt. poss.

l. 2. pr. l. 7. §. 1. quib. ex caus. in poss. eat. qualis est Praetor

aliusve Magistratus major, ut Consul, Praeses, l. 12. pr.

de reb. auct. judic. possid. l. 27. cod. l. 1. §. 9. quod legat. & insu-

per in cuius territorio bona contumacis rei sunt si-

ta, ad immisionem enim procedi non potest ratio-

ne bonorum, quæ extra Territorium existunt d.

l. 12. §. 1. ff. de reb. auct. judic. possid. vid. l. ult. ff. de jurisd.

Besold. ad lit. 9. J. P. W. part. 1. tit. 13. Thef. B. Dn. Bar-

dilicit. Exer. 20. Conclus. 10. Coll. Jurid. Arg. ad tit. de reb. auct.

jud. possid. n. 2. Müller ad Struv. Tit. quib. ex caus. in poss. eat.

Thef. 28. unde per se liquet, Judices olim pedaneos,

utpote in quibus tantum erat notio in specie sic

dicta, l. 2. & tot. tit. Cod. de pedan. judic. Vinn. tract. de ju-

risd. c. 5. n. 1. & Magistratus municipales, penes

quos jure civili saltem erat jurisdictione vulgaris, seu

inferior sine imperio & potestate, in hujusmodi

possessionem immittere haud potuisse, d. l. 26. & l.

1. pr. ad municip. vid. l. 4. ff. de jurisd. l. 32. de Minor. Coll.

Jurid. Arg. d. l. frustra dissentiente Wesenb. ibid. n. 5.

Habro. in observat. ad Wesenb. ff. quib. ex caus. in poss. eat. n. 3.

quod tamen hodie quoad bassam, ut vocant, seu

inferiorum jurisdictionem habentes, secus esse con-

stat. Competit & haec potestas in possessionem bo-

norum mittendi, illi, cui haec jurisdictione mandata est,

I. 4. §. 1. de offic. ej. cui mand. est jurisd. vid. C. J. A. d. I. Schröter de immiss. judic. thes. 7. Brunnem. in Repetit. Paratit. b. t. qu. 3.

THESES. IV.

CAUSA impulsiva interna missionis ex primo decreto, est contumacia rei vera, ante litis contestationem cap. 2. x. de dol. & contum. si scil. nec ipse, nec defensor, pro illo compareat. d. Leg. 2. pr. & §. seqq. ff. ex quib. caus. in poss. eat. cap. ult. b. t. Coll. Jurid. Argent. ad tit. ff. quib. ex caus. in poss. eat. n. 2. ut autem constet neminem existere defensorem, interpellandi sunt omnes, quos probabile est defensioni rei non defuturos, idque testatione complectendum, ut Magistratui fides fiat. I. s. §. 1. Vinn. in Jpr. Contr. lib. 4. c. 3. p. 672. Conf. A quaranta de pact. 6. membr. 9. de citat. n. 105. & seqq. Missionis vero ex secundo decreto est contumacia fraudulosa, & per tempus aliquod post missionem ex primo decreto ante item adhuc contestatam, continuata. d. l. 7. §. 1. & 2. ff. ex quib. caus. in poss. eat. quod intervallum in actione reali de jure Civili est annuum. arg. I. 8. §. 3. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. in personali vero, cum id nullibi definiatur, sed in genere tantum tempus requiratur in I. 9. Cod. de Bon. auth. Judic. possid. I. 15. §. 21. de damn. infect. arbitriarium. arg. I. 1. §. 2. de jur. delib. jure tamen Canonico tam quoad personales, quam quoad reales actiones, annus ad hoc est concessus. B. Lauterb. ad ff. P. W. d. I. th. 23. ubi hoc moribus quoque observari monet, & in nostro. Ducatu in part. I. tit. 13. §. two aber solches. ita, ut hoc jure post annum ab immissione computatum, aut etiam si Judici videatur, iusta causa ante illud tempus, tam in personali quam reali actione per-

Causa impulsiva interna missionis ex primo decreto.

perveniri possit ad secundum decretum. vid. laud. B.
Lasterb. d.l. Struv. adff.b. tit. quib. ex caus. in posse. cat. num. 13.
Contumacia autem, ob quam Missio fit ex primo &
secundo decreto, ut vera sit, requiritur, ut nem-
pe reus iussus judicis notitiam certo habeat, contu-
macia etiam a parte adversa accusata, vid. l. 68. cum seqq.
de judic. eaque a judice pro vera declarata; citatio-
nes item legitime insinuatæ, ac desuper nuncii rela-
tio actis inserta fuerit. B. Grav. in posit. nonnull. de hac
mater. th. 16. vid. & Mev. Part. 6. dec. 41. & Dn. Praef. dis-
sert. de Contum. th. 16. & seqq. in prim. 21.

THE S. V.

Externa utriusque Missionis est petitio actoris, Externa
Imploratio scil. nobilis officii Judicis, cum is utriusque
regulariter non nisi imploratus officium fa- Missionis.
ciat. arg. l. 4. §. 8. de damn. infest. laud. B. Grav. diff. de
offic. Jud. nob. th. 19. pag. 26. add. B. Antecess. D. Bardili d.
Exerc. 20. Conclus. II. Instrumentalis Missionis ex I. de Instrumen-
creto sunt apparitores, per quos actor in possessio- talis.
nem bonorum mittitur. Wesenb. in part. St. 17.

THE S. VI.

Subjectum activum, seu persona, quæ in posses- Subiectum
sionemmittitur, in utraque Missione, est Actor activum
seu Creditor, cui ex qualicunque causa aliquid utriusque
debetur. vid. l. 10. de Verb. Signif. d. l. 12. pr. h. t. unde
removetur, qui Creditor non est. vid. ll. dd. Coll. J. A.
de reb. auct. Judic. possid. num. 3. & ex secundo quidem
decreto, qui jam ante in bona custodiæ causa mis-
sus est, sive agat ex jure ad rem, sive ex jure in re,
per l. 7. §. 16. h. t. d. cap. ult. §. in aliis. x. ut sit. non contest.

B

Coll.

*Coll. f. A. ad d. tie. de reb. auch. jud. possid. num. 3. f. P. V.
part. I. tit. 13. pr. Bernb. Wurmser. l. 1. tit. 7. observ. pract. 6.
num. 18. ubi opinionem hanc veriorem & commu-
niorem vocat, nec refert sive in diem aliquid de-
beatur, d. l. 10. de Verb. Signif. sive sub conditione, d. l.
10. add. Schürz. in Comp. Lauterb. ad h. tit. quib. ex caus.
in poss. eat. lit. 8.*

THES. VII.

*Passivum
utriusque
Missionis.*

Passivum utriusque Missionis seu Persona, in-
cujus bona sit hujusmodi Missio, est reus non
comprens, sed latitans, seu contumax, judicio
conventus. Inde non sit Missio in bonorum pos-
sessionem, si quis plane non sit debitor l. 9. Cod. de
Bon. auch. judic. possid. l. 12. pr. ff. eod. C. f. A. d. tit. num. 4.
Licit autem jure Canonico & hodierno absens cita-
tus in loco contractus invitus comparere non tene-
atur, per c. 1. §. contrahentes. de foro compet. in 6. Gail. l. 2.
obseru. 36. num. 14. Carpz. l. 2. resp. 30. num. & seqq. Zanger de
except. p. I. c. 1. num. 123. B. Bardili de compet. fori rat. con-
tract. pig. 33. & 34. Si tamen bona ibidem habeat,
potest actor Missionem in possessionem petere,
d. c. 1. §. contrahentes. C. f. A. d. l. num. 8. & sq. Valdej.
ad l. 2. Cod. de Jurisd. num. 27. Merv. de Arrest. cap. 12.
num. 4. Seruv. ad ff. b. tit. th. 14.

THES. VIII.

*Subiectum
Missionis
ex primo
saltet de-
creto.*

Missionis vero ex primo saltete decreto subje-
ctum est etiam infans, furiosus, mente ca-
ptus, pupillus, Minor, prodigus, l. 3. §. 1.
& ibid. Br. l. 5. pr. & §. ult. ff. quib. ex caus. in poss. eat.
B. Bardili d. Exerc. 20. concl. 15. si a tutele vel alio non
defendantur, d. l. 7. §. 10. II. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eat.

P.W.
att. b.
mu-
d de-
; d. h
us. in

in-
non
dicio
pos-
d. de
m. &
cita-
neat-
er de-
con-
eat-
ere-
diss-
12.

bie-
ca-
5. I.
cat-
non
ent.

ibid. Br. Nam si de re ad pupillum pertinente agatur, non videtur pupillus defendi, si ipse se liti offerat, hoc exigimus, ut ab alio defendatur. d. l. s. pr. & §. ult. h. t. Struv. Exerc. ad ff. d. th. 29. Brun. tract. de Processu fori legitime instit. cap. 29. num. 4. Debent tamen prius citati tutores & cognati, & si qui alii forte sunt, quos verisimile est defensionem eorum non omis- suros l. 5. §. 1. d. tit. & pupillis alimenta ex bonis sub- ministranda l. ult. pr. ff. de reb. aut. judic. possid. Br. d. l. Müllerus ad Struv. d. l. h. autem postea defendantur, de- bet missus possessione decadere l. 5. §. 2. & 3. quibus ex caus. in poss. eat. Struv. d. l. & ibid. Müllerus add. & Coll. J. A. quib. ex caus. in poss. eat. num. 2. In horum tamen bona Missio ex secundo decreto non procedit l. 7. §. 9. & 12. h. t. Cum enim ad Missionem ex secundo decreto requiratur fraudulosa contuma- cia, talisque dolus in infantem, furiosum, mente captum, & pupillum non cadat, quia non viden- tur latitare animo fraudandi, cum animus desit. dd. II. & l. 6. §. 1. eod. vid. B. Bardili d. Exerc. 20. Conclu- sion. Minor vero & prodigus nec ad se defenden- dos legitimam personam standi in judicio habeant zor. tit. Cod. qui legitimam pers. standi in judic. hab. vel non hab. Proinde Missioni ex hoc secundo decreto adversus eos non est locus per dd. II. & d. l. 6. §. 1. nisi in illorum commodum hoc fiat. l. 7. §. 1. h. t. aut contractus descendat ex persona ejus cui heredes extiterunt l. 3. §. 3. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Vin. Jurispr. Contr. lib. 4. cap. 3. p. 673. Diss. Müllerue ad Struv. ad tit. de reb. aut. jud. possid. tb. 43. In Ca- mera autem Imperiali nec ex primo decreto im- missio haec in bona pupilli & Minoris, sed ipso- rum Tutorum & Curatorum, utpote penes quos citatos solos residet culpa, ut adeo contra pupil- los & minores infantes procedi non debeat,

facienda est , ex Recess. deputat. de Anno 1600. §.
In dem Fall aber 95. Cammer-Gerichts-Ordnung
part. 3. tit. 52. in fin. Job. Wolff. Textor in prax. Judic.
part. 1. cap. 5. num. 17. add Dn. Praef. de Contum. th. 28.
§ 29.

THE S. IX.

Objectum
Missionis
utriusque
in actione
personalis

Objectum Missionis utriusque , sive res in quibus fit Missio in ACTIONE PERSONALI sunt bona rei contumacis propria & aliena , in quibus ipse aliquod jus in re habet , v. g. emphyteutis , pignus . vid. arg. l. 5. §. 7. ff. ut in poss. legat. vel fideic. serv. caus. esse lic. add. Barkov. ad Tr. Vol. 2. Disp. 24. lit. B. ususfructus l. 8. pr. de reb. auct. judic. possid. & ibid. Brun. jung. l. 8. §. ult. de peric. & comm. reivend. etiam feudum ratione fructuum. Hinc feudum, quod debitor habet , quoad substantiam in distractionem non venit , licet veniat quoad fructus feudales. Carpz. in Jurispr. forensi. part. 1. Conflit. 32. defin. 25. Gail. l. 1. observ. 117. num. 7. C. J. A. d. tit. num 4. nisi debitum cum consensu domini & agnatorum aut in utilitatem feudi contractum sit , nam & tunc feudum ad exfolendum debitum distrahi debet. Hartm. Pistor. l. 1. quæst. 15. num. 40. & Koppen decis. 39. Berlich. part. 1. concl. 82. num. 18.

De jure
veteri.

Et jure quidem civili, veteri scil. ff. & Cod. objectum erant debitoris bona universal. l. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. 5. l. fin. Cod. de bon. auct. jud. possid. B. Frommann. in different. act. real. & person. Disp. 2. th. 2. Struv. Exerc. ad ff. b. t. quib. excus. in poss. eat. th. 38.

Novo tamen jure, nempe Novellarum, quædam tantum bona , scilicet pro mensura & quantitate debiti declarati, nach Maass und Größe seiner erklärt und

und Evidenzen Schuld objectum constituant, ita;
ut si mihi debeantur, a contumace 20. judex me
mittat non in omnia bona absentis adversarii, si
sunt multa, sed in aliquam singularem rem valen-
tem. 20. Nov. 53. cap. 2. §. 1. ibi, in possessionem. Mittat
actorem rerum ejus secundum mensuram declarati debiti add.
auct. inde desumpta. Et qui jurat. Cod. de bonis auct. jud. poss.
c. ult. §. in jurat. sub fine x. ut lit. non contest. & sane, si certa
species actione in personam petatur, haud dubie in eam
ipsum mitti oportebit. Vinn. Jpr. cont. cap. 3. p. 672. quæ
sententia & moribus invaluit, teste B. Lauterb. in diff. I.C.
& W. pars. 1. tit. 13. th. 13. B. Fromm. d.l. Müller ad Struv. ad tit.
quib. ex caus. in poss. eat. th. 38. Et in Jure Prov. Wirt. agni-
ta est, cum aliqua tamen latitudine & excessu quodam,
dum ultra quantitatem debiti principalis extendi pot-
est in majorem expensarum refundendarum securita-
tem in d. part. I. tit. 13. §. 2. ibi, Und mag' solche
Einsatzung in mehr Güter / dann die Haupt-Summa
ist (von wegen des auffgelösen und noch anflaußen-
den Unkosten) geschehen / als da die Forderung ein hund-
ert Gulden wäre / mög' die Einsatzung in anderthalb
hundert / oder auch zwey hundert oder mehr Gulden
werth Güter beschehen. Diff. Struv. d. Exerc. 41. th. 38.
ibique Müller, Vultej. l. 4. cap. 6. num. 14. qui non Mis-
sioni sed distractioni modum esse positum in dicta
Novella volunt, Vid. & Mev. part. 1. decis. 47. num. 4.
Hoc autem, quod hodie Missio non amplius fiat in
bona universa, intelligendum regulariter; fallit enim
in hereditatis petitione, & persecutione extraordi-
naria fideicommissi universalis, ubi in bona ejus-
modi universa sit Missio l. 28. vers. & quemadmodum de
reb. auct. jud. possid. C.J. A. d. tit. num. 4. & lib. 29. tit. 2.
th. 29. Müller ad Struv. d. l. add. Brunn. ad l. 3. §. fin. th. III.
Identi quoque alias in cautione fideicommissario
universalis præstanta a fiduciario detrectante, ob-

finet C. J. A. d. l. nisi post menses sex a petitione curationis lapsos, Missio in bona heredis petatur l. 6. C. ut in poss. leg. vel fiduci. in quo casu id saltem pro quantitate fideicommissi procederet. Nov. 53. c. 4. s. & d. c. ult. §. ult. B. Grave in add. posit. th. 12. add. Müller ad Struv. d. l. Exerc. 36. th. 55.

THES. X.

In actione reali. **I**N REALI VERO, seu in rem actione objectum non sunt omnia bona, sed petita tantum l. 7. §. 17. & seq. quib. ex caus. in poss. eat. cap. fin. x. ut lit. non contest. B. Frommann. d. l. th. 12. Struv. ad ff. h. t. quib. ex caus. in poss. eat. th. 38. vid. C. J. A. d. tit. 24. Aev. part. 2. dec. 82. & 398. item part. 6. dec. 214. Fit autem & in bona universitatis seu communia, missio ex primo & secundo decreto, si universitas vel Collegium aliquod non defendatur. l. 1. §. 21. cuius quodcumque uniu. nom. & ibi Brun. C. J. A. d. l. B. Lauterbach. diff. de Syndic. th. 67. & 68. Müller ad Struv. d. l. Jure Provinciali Würtembergico instar primi decreti in hypothecam fit immisio. Besold. ad J. P. W. diff. 1. th. 141. modo hypotheca adhuc existat in manu & possessione debitoris; si enim ea a tertio possideatur immisio sinistre (widerrechtlich) petitur, cum Jus Prov. Würtemb. in Part. 1. tit. 75. von Angriff / Pfändung der Güter ratione hujus immisionis expresta debitoris mentionem faciat. p. 205. S. So dann der Glaubiger nicht/ sondern der Schuldner selber die bestimmte und ver- schriebene Unterpfand noch in seinen Händen oder Be- sitzung hatte: Et quia in tali dispositione a Jure com- muni receditur, cum jure civili nulla instrumenta etiā liquida & indubitate paratam habeant executionem l. 1. & 2. C. de exec. rei judic. l. 9. C. de obl. & act. sed ad il-

lam

lam in personalibus pariter & realibus actionibus per
ambages pervenire solenne semper fuit l. 51. de pecu-
lio. post plures B. Lauterbach. in diff. ad h. tit. proinde
præfatus §. potius stricte interpretandus. & ultra cla-
ristima verba non extendendus erit; sed tunc potius
actio hypothecaria locum obtinebit, qua pignus con-
tra quemicunque possessorem persequimur. l. 13. de
pign. & hypoth.

THE S. XI.

Forma Essentialis Missionis ex primo decreto Forma es-
sistit in ipsa vi inducendi actorem in bona fentialis
rei contumacis, ut ipse actor una cum illo ea ex primo
faltam custodiat & conservet in majorem debiti sui decretu,
securitatem, indeque reus tandem tædio diuturnæ
custodiæ affectus compareat responsurus l. 1. l. 12. ff.
h. r. l. 15. §. 3. de damn. infect. J. P. W. part. 1. d. tit. 13.
§. und hat der Kläger. Missionis autem ex secundo & Missionis
decreto consistit in ipsa vi conferendi sive adjudicandi ex secundo
veram possessionem actori, qui jam ante ex primo
decreto in bona est missus dd. texx. Wurmser. d. ob-
sum. 18. de quo infra opulentius.

THE S. XII.

Accidentalis Missionis ex primo decreto consi- Accidenta-
sist in præcedentibus & concomitantibus: lis Missionis
Eam præcedentia sunt (1.) decens causæ co- ex primo
gnitio, an nimirum reus vere sit contumax dd. texx.
& summaria etiam, an actori competit actio? (2.) decreto.
decretum seu sententia interlocutoria. Cesar Contard.
per leg. ur. Cod. si de momentan. poss. quest. 17. num. 1. quæ
est pronuntiatio judicis competentis de mittendo
actorem in bona rei ante item contestatam contu-
macis

macis, ut una cum illo ea custodiat. (3.) Jussus ipsius judicis ad apparitores de exequendo hoc decretum, jussus qui decretum illud sequitur, nec hoc decretum jure communi ullam novam citationem requirit, sed contumacem esse sufficit reum, in causa principali aut eum peremptorie citatum, arg. Nov. 53. c. 4. §. 1. post Wurmser. lib. 1. obs. 5. c. 66. num. 25. B. Lauterb. ad J. P. W. lib. 1. tit. 13. th. 22. Jure autem Würtembergico præterea requiritur, ut reo Missio hæc facienda ad videndum & audiendum Missionem in possessionem, vel contradicendum, cur Missio in possessionem fieri non debeat, legitimate denuncietur & citetur. J. P. W. d. part. 1. tit. 13. §. doct. soll 74. in fin. & ibi laud. B. Lauterb. cuius rei ratio in eo est; ut scil. nec hoc in casu conqueri possit, se nimis esse præcipitatum, & ut, tunc adhuc latitans ordinariamque juris viam in decidendis litibus subterfugiens majori in mora ac contumacia constituantur, atque sic majori jure postmodum puniendus venias. B. Lauterb. d. l.

THE S. XIII.

Concomitantia.

Concomitantia sunt, quod nempe inductio in dicta bona fiat corporaliter per apparitores. arg. cap. 1. x. b. 2. l. 2. pr. l. 7. ult. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & quoad actionem personalem in bona (uti alias observatur in executione, & describitur in l. 15. de re judic.) primum mobilia, & si nulla, vel non sufficientia adsint, in immobilia. vid. c. ult. §. ult. circa fin. ut lit. non contest. ac tandem in incorporalia, nomina scil. captis chirographis ac instrumentis obligationum, & dum judex prohibet debitoribus, ne solvant. Gail. l. 1. obs. 11. num. § 9. Carpz. Part. III. constit. 23. definit. 8. num. 2. & seqq.

THE S.

THES. XIV.

Forma accidentalis Missionis ex secundo de-
creto consistit itidem (1.) in decenti cause
cognitione , an videlicet in reo contumacia
fraudulosa. l. 7. §. 2. & 3. b. t. & per spatium annuum
a Missione ex primo decreto computandum con-
tinuata vere adlit , summaria quoque de ipso nego-
cio seu an etiamnum actor jus habeat agendi. vid.
Brun. de process. fori legitim. insit. cap. 4. num. 14. (2.)
in citatione nova ad hanc cognitionem , vel tri-
na dilatoria vel una peremptoria. arg. d. l. 7. §. 1. ff. quib.
ex caus. in poss. eat. l. l. 8. Cod. quomodo & quando ju-
dex. Wurmser. d. obs. 6. num. 18. Vultei. de judic. l. 2. c. 6.
num. 213. (3.) in interpositione decreti secundi ,
quod est altera dicti judicis pronunciatio , qua actor
jam ante in bona rei contumacis missus verus con-
stituitur possessio. arg. c. 1. x. b. t. de eo qui mitt in poss.

THES. XV.

Finis ex antea dictis facile colligitur , & Missionis Finis Mis-
quidem ex primo decreto quoad actorem sionis ex
est , ut ipse una cum reo debitore contumace primo de-
bona hujus custodiatur & servet , bonorum enim ser- creto quo-
vandorum causa haec Missio fit , quibus tanquam rem ,
pignori suo in majorem securitatem incumbit. arg.
l. 2. Cod. de prator. pign. l. 1. l. 12. in fin. b. t. c. ult. §. in
alii. x. ut. lit. non contest. J. P. W. d. tit. 13. add. l. 15. §. 20.
de dann. infect. Quoad reum: ut is alterum in pos- Quoad re-
fessione rerum suarum videns , hinc rædio affectus , um
tandem veniat ad respondendum. arg. l. 5. in fin. pr.
ut. in posses. legat. seu fideic. serv. caus. esse lit. d. Cap. ult. §.
alii. in x. ut. lit. non contest. Colleg. Jurid. Argent. adb. tit. 17.
add. Adenoch. retinen. posses. Rem. 3. num. 170. & seq. Mis- & ex se-
fionis cundo de-
creto.

C

sionis vero ex secundo decreto finis est , ut actor
jam ante ex primo decreto in bona missus verus ef-
ficiatur possessor. d. cap. ult. §. in aliis. x. c. p. de dolo & con-
tumac. c. i. b. tit. l. 15. §. 20. sq. de damn. infect.

THES. XVI.

Effectus Missionis ex primo decreto est (1.)
quod missus consequatur bonorum nudam
tantum custodiam seu detentionem & obser-
vationem. Vera enim possessio , ex hac causa non ac-
qui ritur, multoque minus dominium. l. 8. C. de reb. auth.
jud. possid. l. 3. §. 8. ff. uti possid etis. l. 10. §. 1. de acquir. vela-
mitt. possess. l. 12. b. tit. ex quib. caus. in poss. eat. uti infra
mox opulentius patebit. Idque verum est, sive actio
sit personalis sive realis, ob generalitatem textuum &
expressam juris canonice dispositionem. in d. c. ult. §.
in aliis. x. ut lit. non contest. ibi : actor post annum constitutus
et verus possessor , super proprietate duntaxat adver-
sa parti defensione legitima reservata. B. Fr. rom. d. l. th.
4. Barbosa ad. d. c. ult. & c. i. b. tit. Ubi id etiam
quoad hanc posteriorem in praxi obtinere ait. vultus
de judic. lib. 2. cap. 6. num. 203. add. J. P. W. part. 1. d.
tit. 13. §. Alio iwo. & §. Und wird der Kläger. vid. §. p. &
ced. add. C. J. A. ad tit. de reb. auth. jud. poss. num. 10.
& II. & ad tit. de Damn. infect. num. 17. vid. etiam Cajat.
lib. 8. obs. 33. Attenoch. retin. poss. rem. 3. num. 108. Gail. de
sequestr. c. 2. num. 9. & segg. (2.) quod consequatur
missus creditor jus in re , pignus scilicet praetorium
l. 2. C. pui potior. in pign. Quod ab arresto differre , li-
cet multi cum eo confundant , docet Gail. in Ru-
br. de sequestr. num. 20. vid. Müller. ad Struv. ff. d.
tit. x. quib. caus. in poss. eat. th. 40. dum modo re-
aliter inductus sit in possessionem, nam solum decre-
sum

rum vel sententia de mittendo in possessionem , vel
de pignore capiendo , non tribuit pignus. arg. d. l. 26.
§. 2. de pign. act. l. 19. pr. l. 61. dere judic. & tot. tit. Cod.
de pign. prator. Coll. jurid. Arg. d. tit. de reb. auth. jud. possid.
d. num. 16. infia. & ad. tit. de Damn. infect. num. 17. Carpz.
inprax. for. part. i. c. 28. def. 139. & seqq. Brunn. ad l. 2. in
fin. Cod. de prat. pignor. & ad l. 1. C. Si in causa judic. in pr.
Müllerus ad Struv. d. th. 40. nisi (1.) executio De-
creti per violentiam debitoris impediatur vid. l. 2. §.
ult. de reb. auth. judic. possid. cap. 1. x. de dolo. Müller l. 13.
Carpz. part. 1. Decis. 65. aut mora judicis. d. l. 12. §. ult.
ibique Brunnem. de reb. auth. jud. possid. Dicitur vero actu-
aliter facta immissio & rei apprehensio , & si saltem
frustulum ligni e janua resecatum , vel etiam ex agris
pars glebae eo nomine exsecta fuerit. Müller ad Struv. d. l.
quod etiam fit durch Anüs!ösch- und wieder Anzündung
des Feuers auf dem Heerd. teste. Carpz. dec. Illstr. 63. n. 4. &
de Processus tit. 28. art. 22. Et hoc pignus prætorium rem pos-
sessionam , ita subjicit potestati creditoris , ut non licet de-
bitori eam attingere , aut ex iis , quæ inde nascuntur ,
qui quam sumere , ne ad vescendum quidem , nisi pu-
pillus sit debitor , cui hoc specialiter concessum. l. 33. §.
ult. de reb. auth. jud. possid. quod transferri potest ad o-
mnes , qui pupillo similes. arg. l. 7. §. 10. & 12. quib. ex caus. in
poss. cat. Vinn. in Ipr. contr. lib. 4. cap. 3. Creditor autem
per hoc pignus prætorium nec naturalem nancisci-
tur possessionem , cum jus illud ipsi ita a lege tribua-
tur , ut bona non vere possidat ; sed custodiæ tan-
tum causa una cum reo immissio veram illam pos-
sessionem retinente , detineat. l. 10. §. 1. de acquir. vel a-
mitt. poss. B. Stryk. Diff. de composess. cap. 2. num. 55. & seq.
& vice cautionis in possessione sit , l. 15. §. 3. de damn.
infect. Et quamvis alias juste seu bono jure posside-
re dicatur , qui authore prætore possidet in l. 10. ff. de
acquir. vel amitt. poss. Hoc tamen de eo casu intelli-
gendum,

gendum , ubi prætor voluit veram possessionem concedere , quam intentionem non habet in immisione ex primo decreto facta , nec enim qui immittitur mox possidere jubetur . l. 15. §. 20. ff. de Damm. infest. B. Stryck. d. l. unde nec illa alienare , nec fructus sive redditus in usum suum convertere potest . c. 2. §. 3. de sequestr. possess. l. 7. pr. quib. ex caus. in poss. eat. l. 5. §. 22. ut in poss. legat. serv. caus. l. 9. §. 6. de reb. auth. possib. J. P. W. d. tit. 13. §. und hat der Kläger . Vinn. Jurist. Contr. lib. 2. c. 3. pag. 673. Brunn. de process. fori legit. inf. 4. §. 25. Sed paup' immisionem potest agrum colere & fructus colligere , perinde ac ante immisionem poterat immisus vero debet hosce fructus custodi- re , ne in sui frustrationem per debitorem consumantur ; Esi debitor negligat hoc , poterit tunc missus culturam bonorum suscipere , ea locare , fructus col- ligere , reponere , quique servando servari nequeunt bona fide vendere sed & pretium servare , qua de re diligenter & diuincide scriptum in l. 8. §. 1. & seq. de reb. auth. jud. possib. b. Stryck. d. l. quicquid autem inde percipit , id aut in sortem imputare cogitur . l. Penditio. §. 1. b. tit. Mov. p. 6. Dec. 130. aut restituere . arg. add. sexx. l. 14. b. t. Vinn. d. L. Giphian. de ord. jud. tract. cap. 28. p. 20. add. Gail. de arrest. 14. vid. Vultei. de jud. lib. 2. cap. 6. num. 198. Coll. jur. Arg. d. tit. num. 12. Mov. p. 8. decij. 81. 82. Paul. Christiana : Vol. 1. Dec. 222. num. 4. & 5. superflites vero rei lit. giofæ & quando metus sub- est dissipationis sequestrari , & dissipati nondum tamen consumti , vindicari possunt , c. p. & ult. x. de sequestr. vid. Schröter. de immis. jud. th. 4. Müller ad Struv. d. th. 28. Carpz. p. 2. c. 37. d. 4. Hahr. ad Wessenb. de Damm. infest. ad verb. rem detinere , ibi , nicht daß Er die Gährer besitze / vielweniger vereinsiere oder zu seinem Nutzen ge- brauche / sondern dieselbe allein mit dem Schuldner als ein getreuer Vorsteher bewahren und behalten solle . In- super

incedit
missio ha-
betur pro/
iectata

super hoc referri potest, quod Missio per rei potentiam vel dolum impedita, habeatur pro facta, ut nihilominus post lapsum anni adhuc Missio ex secundo decreto fieri possit, si nempe is actor ab eo in possessione non admittatur. d. c. pen. De dolo & contum. quod & obinet si de illa deficiatur. d. cap. pen Corvin. ad ius can. lib. 3. tit. 33. pag. 243 non si per cum steterit, quo minus possessionem intraverit. Cap. 2. in fin. de eo qui mitt. in poss. Corvin. d. l. add. Müller. ad Struv. b. t. th. 23. tametsi actio quoque in factum ex interdicto ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit, hisce casibus competit. l. 1. pr. & l. 3. ff. ne vis fiat. ei qui in poss. miserit. Nec non si missus in possessione turbetur. d. l. 1. §. 2. adversus ipsum reum aut alium quemicunq; ad interesse vel aestimationem, quanti res est, ob quam actor missus agi poterit, arg. d. l. 1. pr. & l. 6. vultei. d. cap. 6. num. 198. add. Müller. ad Struv. d. l. th. 40. & Struv. Ex. 39. th. 26. Cui & alia in factum, sed non negotiorum gestorum, actio datur ad repetendas impensas in bona rei seu debitoris bona, de factas. l. 9. pr. vers. sive quod impensa. & §. 2. & 4. ff. de reb. auct. jud. possid. e.g. si factae sint ad fructus percipientes, alendam curandamque familiam, reficienda prædia &c. vid. Coll. Jurid. Argent. d. l. nam. 15. & e contrario reo adversus factorem actio itidem in factum datur. d. pr. d. l. 9. ad interresfe. d. l. 9. §. 6 de fructibus rerum aliisque commodis hinc perceptis. d. pr. d. l. 9. ac §. 1. & ibi Brunn. l. 14. b. t. §. 1. add. Schoch. in Coll. Pract. ad b. t. ut & ob deteriorationem illarum actoris seu creditoris dolo malo. d. pr. & §. 1. vel culpa lata (non aterm levia aut levissima) factam. argum. l. 1. §. 1. ff. simenfor falf. mod. l. 1. §. 2. si is qui testam. lib. 9. §. 6 de reb. auct. judic. poss. Eberh. Bronchorst. ad l. 23. iure reg. vers. pignoris de reg. jur. nec non ob locationem aut venditionem ab actori, dum in possessione fructus prædiorū vel jussu ejus abus.

erat, pariter dolo, lata culpa intermissam, conceditur, cuius exemplum obviat in d. l. §. 6. ubi creditor, cuius forte dolo fructus praediorum, neque locati neque venditi erant, condemnatur inid, quantum minus propter hoc perceptum est. C. J. A. d. l. §. 14. Hoc autem pignus praetorum in specie sic dictum, non tribuit prioritatem, nam uno immisso coeteri quoque immissi intelliguntur, qui sunt ejusdem ordinis. Hinc uno chirographario immisso prodest haec immisso aliis etiam nondum immisso, ita ut hi una cum immisso compositionem comprehendere possint. l. 12. pr. de reb. auth. jud. possed. ibique Brunn. & ad l. fin. de reb. possid. l. 5. §. 2. si in possess. legat. B. Stryck. de Compos. d. l. add. Cothmann. respons. 37. num. 11. 19. Mev. part. 4. decis. 83. 89. & 109. item part. 5. decis. 36. Verum cum Missio hujusmodi novo jure tantum pro quantitate debiti facienda sit. d. Nov. 53. c. 4. §. 1. hoc jure, quod creditoris hujus immisso reliquis proposit, hodie amplius vix utimur. Malcomes. in Annot. in Wesenb. ad tit. de damn. infest. num. 1. p. 631.

THES. XVII.

Effectus
Missionis
ex secun-
do decre-
to.

Effectus Missionis ex secundo decreto est, quod hic vera seu realis transferatur possessio, reservato reo petitorio in actione reali & personali. d. cap. ult. §. in aliis. x. ut. lit. non contest. l. 7. §. 1. quib. ex caus. in possess. eat. idque vel cum potestate vendendi, ut ex pretio illi satisfiat, si ad certam quantitatem exigendam competat actio personalis. d. l. 7. §. 1. & sqq. quib. ex caus. in possess. eat. vid. l. 21. §. 2. ex quib. caus. maj. vel absque illa, si ad certam speciem actio sit instituta. dd. 20xx. dum autem hic missus verus possessor constituitur, proinde eum & fructus lucrari oportet.

arg.

arg. d. l. 7. pt. §. 1. & ult. ff. quib. ex caus. in poss. eat. J. P. W.
Part. I. tit. 13. S. Und wird der Kläger aus dieser zweyten
Einführung ein vollkommen Besitzer / und gehört die Nutz-
ung und Eintrag der Güter / darin Er also aus den
zweyten decret gefest / ihm zu. Coll. Jur. Arg. d. l. n.
16. Aev. part. 6. decis. 130. & p. 7. decr. 96. num. 1. Vultei. de
judic. l. 2. cap. 6. num. 2. 17. add. Atiller. ad Struv. d. Exerc.
44. ib. 44. l. 42. tit. 4. ib. 39. Non autem ipse bono-
rum sit dominus. arg. d. c. ult. x. ut. lit. non contes. l. 7. §.
1. quib. ex caus. in. poss. eat. add. B. Lauterb. diff. de Synd.
ib. 17. & diff. de Nominat. thes. penult. Diff. Vultei. d. cap. 6.
num. 217. nec Missio haec usucapiendi conditionem
actori præstat, si forte reus bonorum non sit domi-
nus. arg. d. cap. ult. §. 12. b. tit. & d. l. 7. §. 1. Diff. Vultei.
d. l. nec, si illa dicta in casu vendantur, reo infamia
infertur, Ciphan. d. t. 1. cap. 25. in fin. cum certae tan-
tum hujus irrogandæ sint cause, quas inter venditio
hæc non refertur. tot. tit. ff. de his qui not. infam. Diff.
Wilhelm. Ferner. l. 2. fest. cap. 27.

THES. XVIII.

Contraria Missionem scil. vel tollentia vel im-
pedientia, & quidem utrique Missioni ex pri- Contra-
mo & secundo decreto communia sunt (I.) ria utrius-
que Mi-
llarum abrogatio, quæ (præterquam in causa con- fionis
tumaciam tutorum & curatorum concernente) in commu-
nia. I.
Recessu Imperii de anno 1654. s. wurde hierauf nun
der citirte 36. quoad cameram Imperialem facta,
una cum processu banni. ibi: Jedoch mit hinsühriger
Aufhebung der bisher gebräuchlichen zweyten Wegen/
entweder auf die Pdn der Acht oder immision ex
Primo vel secundo decreto zu procediren. add.
Neu vermehrte Reichs-Hoff-Raths-Ordnung Ferdin.

M. tit. 6. §. tuer auch in unsern. add. Rhoding. in π. Camer.
lib. 3. tit. 55. B. Textor in prax. jud. part. 1. cap. 5. num. 6. Merv.
p. 4. deoſi. 168. Cujus primi & secundi decreti uſus etiam
in foro Saxonico eit nulus aliisque ibidem in pun-
cto contumaciae processus auff Chrhafte und die
Hüſſe recepſus, de quibus vid. Cartz. process. jur. tit. 8. aſt.
3. & in proc. crim. p. 2. queſt. 95. num. 76. & ſqo. Berlicb. concl. 17.
§. 41. & 199. B. Stryck in Not. ad ſchic. comp. h. tit. & in introd. ad
prax. fer. 6. §. 6. Schneidev. ad iuſtit. ad tit. 13. l. 3 & ad tit. 15. l.
4. Dn. Pref. diſſ. de Contum. theſ. 32. add. ordin. Cancell. Hannov.
de anno 1663. tit. 27. §. 2. ubi ſimiliter haec pena contu-
maciae exulavit. Quicmedo autem in Camera con-
tra contumaciter emanentes procedatur, vid. Struv.
Exerc. 44. b. t. th. 39. (2.) Si Missio fiat ab incompe-
tentie judge per l. ult. ff. de jurisd. de quo jam
ſupra in cauſa effic. propinquia vel in bona universa
ultra quantitatē ſeili. debiti, de quo pariter ſupra de
objeto. Vel (3.) in res commodatas vel deposita-
tas. arg. l. 5. §. 10 ff. ut in poſſ. legat. effeſ. lic. Bachov. ad Treutl.
Volum. 2. diſp. 24. lit. B. aut beneficia Ecclesiastica ad
ea obtinenda, utpote in quibus ſuper cauſa tantum
ipſa ad definitivam proceditur. Cap. un. de eo, qui mihi
in poſſeff. in ſto. ne ſeili, ad ea ingreſſus detur vicioſus,
cum non niſi iuſtitutione Canonica licite obtinean-
tur & ſic Miſſionem non patiantur. c. 1. de regul. in
ſto. Aug. Barboſ. ad d. cap. un. Corvin. ad jus Canon. l. 3 tit.
33. pag. 243. Tabor. ad Coll. jur. Arg. ad tit. ſi quis iuſ non ob-
temp. num. 23. Müller. ad Struv. d. th. 28. Cap. Ziegler. ad
Lancelot. lib. 3. tit. 6. §. 8. excipitur autem ſi de pro-
prietate Ecclesiārum agatur, tunc enim Miſſioni
locus datur. c. 2. b. tit. ibique Zaf. in fin. B. Grav. d. poſit.
th. 16. (4.) Si reuſ nulla habeat bona vel habeat
quidem, ſed Miſſio obtinendae actoris intentioni
nulli ſit uſui ſive commodo; utpote in cauſis Status,
reſtitutionis in integrum, leg. diſſamari, injuriarum,
ubi

ubi ad revocationem sive ad palinodiam agitur, nec
non finium regundorum, item in causis matrimonio-
nibus. vid. cap. fin. §. porro ut lit. non contest. & cri-
minalibus gravioribus in quibus quidem ultimis for-
ma procedendi est alia, quam in civilibus, nempe
annotatione honorum aet. 2020. exceptis criminibus ob-
quae illa fisco cedunt. Vultej. de jud. d. l. 2. cap. 6. n. 223. B.
Grave d. diff. th. 29. & 30. ubi in thes. seq. in hereditatem
a debitore relietam jacentem quoque Missionem in
Vim primi decreti fieri posse monet, si diu incertum he-
res extiturus nec ne sit, & creditores urgeant quam in
rem. vid. l. 8. quib. ex caus. in poss. l. 4. de reb. judic. poss. l. 3.
de fin. l. 5. C. de reb. auth. judic. possid. vid. & Brunn. ad l. 230.
ex quib. caus. maj. in integr.

THESS. XIX.

Contraria Missioni ex primo decreto propria dissenta-
sunt (1.) si reus non sit vere contumax, *cap. 3.*
x. b. t. vid. & d. l. 7. §. 21. & seqq. (2.) si ante-decreto
quam secundum interponatur decretum is compa-
reat, actori expensas refundat & cautionem, de judi-
cio sibi praestet. *cap. ult. §. ult. x. ut lit. non contest. d. c. 3.*
b. t. authent. qui semel Cod. quomodo & quando jud. Brunn.
d. tract. de process. fori legitime instit. cap. 4. pag. 70. eamque
fidei iustoriam. d. Nov. 33. c. 4. §. 1. vel si fidei iustores in-
venire nequeat, pignoratitiam, aut, si nec eo de-
venire possit, juratoriam. arg. authent. generaliter Cod.
de Episc. & Cler. Nov. 112. c. 2. pr. quo facto, Missio rela-
xatur & bona rei, nexus hoc liberantur d. cap. 2. & 3.
b. t. unde palam est, quod animus dictam cautionem
praestandi, reo nihil proficiat. cap. 1. b. t. nisi eam ante
interpositum secundum decretum oblatam, jude-
*x respuerit. c. 2. b. t. An autem debitor post se-
cundum decretum audiatur offerens debitum credi-
tori? de eo vid. Tiraquell. de jur. retract. fol. 414. num. 12.*

D

(3.) si

(3.) si ea, de quibus supra in forma accidentalii dictum,
non obseruentur.

THE S. XX.

Contraria
Missioni ex
Il. decreto
propria.

- 1.
- 2.
- 3.

Missioni vero ex secundo decreto contraria propria sunt, si (1.) in reo contumacia fraudulosa & per annum a missione ex primo decreto continuata non adsit. (2.) Si Missio fiat in bona infants, furiosi, mente capti, minoris vel prodigi. d. l. 7. §. 10. & 12. b. t. Schüz. in Comp. Lauterb. h. t. lit. 8. quamvis interdum etiam bona vendi possint, d. l. 7. §. 10. & 11. de quo jam supra in subiecto passivo, nec non (3.) ad formam accidentalem supra tradita. Quod si vero reus vere non sit contumax, aut judex cautionem judicio sisti non admittere vellet a Missione ex secundo decreto appellare licebit. vid. Cœf. Contrad. in Comm. ad l. un. sive moment. possess. qu. 17. p. 618. num. 16. & seqq. add. num. 20. p. 301. n. 10. ubi & ab excessu immisionis appellatione locum esse tradit. vid. & Mev. p. 5. decis. 350. add. Wurms. obs. 7. tit. 7.

THE S. XXI.

Missionem autem in bonorum possessionem, si res exegerit, etiam sequitur proscriptio & distractio sub hasta publice facta, ut inde creditoribus satishat. l. 9. Cod. de bon. auth. jud. possid. J. P. IV. p. 1. tit. 13. §. wann es aber. C. J. A. d. l. n. 16. Struv. ad ff. de reb. jud. possid. th. 42. vid. Mev. p. decis. 208. & decis. 168. Carpz. in Jurispr. forens. P. I. constit. 9. defin. 14. 15. seqq. Corvin. d. loc. An autem in hac auctione locus sit beneficio legis. 2. Cod. de rescind. vendit. l. hoc affirmat atque in praxis observari testatur. Pinell. ad d. l. 2. P. 2. cap. 2.

um,
pro-
rau-
de-
in-
vel
erb.
fint.
ivo,
tra-
ax,
ve-
ida
7. p.
ex-
vid
si
lis-
di-
W
ff-
eis-
be-
nat
2.
2.
2.
cap. 2. num. 15. Gomez. l. 2. variar. resolution. 2. num. 33.
Damboud. in prax. cap. 4. num. 26. sed vid. B. Lauterb. in tract.
Synopt. lib. 18. tit. 5. de rescind. vend. 6. 1. num. 24. & d sp. de
resid. th. 13. Job. Philip. de Substaſtione cap. 4. comm. 22.
Brunn. ad d. l. 2. num. 13.

THES. XXII.

Affinia Missioni in possessionem propria sunt re-
liqua Missionis in possessionem genera, & (1.) quidem pariter ex primo & secundo decreto
ob debitam cautionem non praesitam (I.) danni
inficti, ubi mittitur is, cui non cavetur, in posses-
sionem ejus rei, cuius nomine cautionem postulat.
*Affinia
Missioni
in posses-
sionem.*
vid. l. 15. §. 16. de damn. infect. in qua missus ex secundo
decreto plane dominus constituitur. d. §. 16. Si Do-
minus fuit, qui cavere detrectavit. d. l. 9. & hoc
etiam ex certissima juris ratione, siquidem quibus
ex causis usucapiendi conditio transfertur, ex iisdem
causis transfertur dominium, si dominus fuit. §. p. Inst.
per quas pers. l. 14. de contr. empt. Schiæz. ad h. tit. vid. Vultej.
de iud. lib. 2. cap. 6. (2.) legatorum & fideicommisso-
rum servandorum causa tot. tit. ff. ut in possess. legat. vel
fideic. serv. caus. effel lic. & ut legat. vel fideic. nom. cav. (3.)
Ventr. nomine. tot. tit. de Ventr. in poss. mitt. (4.) Edicti
Carboniani. l. 1. §. 1. de Edict. Carbon. Vultej. de judic. lib. 2.
c. 6. num. 179. add. Comm. Dn. Præf. ad inst. pag. 663. & sqq.
(I.) ob contumaciam rei post litem contestatam, qua
missione, si judici de meritis cause nondum liqueat,
actor, id desiderans, rei petitæ verus constituitur
possessor. cap. 4. x. de dol. & Contum. l. 8. Cod. quom.
& quand. jud. vid. Vultej. de judic. cap. 6. p. 227. add. Brunn.
ad d. l. 8. (II.) ob contumaciam auctoris sive domi-
ni, a reo, propter rem, quam alieno nomine possi-
det, convento, nominati, qua itidem in actorem,
D 2 salvo

2.

3.

salvo reo petitorio, vera possessio trānsfertur. l. 2.
Cod. ubi in rem act. cap. 9. ult. in aliis. vers. quod si x. ut lit.
son contest. B. Lauterb. diff. de Nominat. th. p. (IV.) in causa
judicati pro executione rei judicatae, in qua missus æ-
que fit verus possessor. l. 15. de Except. rei judic. Centen.
de sequestr. P. 7. add. Brunn. ad l. 1. Cod. si in caus. judic. Ba-
chorius ad Treutl. Vol. 2. dec. 24. tit. 13. & Dn. Praes pecul. dif.
de execut. jud. in caus. civ. (V.) ob mendacium rei, se pos-
sideret et negantis. l. ult. ff. de rei vind. & ibi DD. (VI.) Ex leg.
fin. Cod. de Edict. Div. Hadr. toll. qua v. g. heres ex testa-
mento, cuius nullum est vitium visibile, in possessio-
nem hæreditatis mittitur, aut legatarius in rei lega-
tæ, pro legato enim consequendo non tantum yia
ordinaria, sed executiva etiam procedi potest. vid.
Finckelth. obs. 121. Praes. in com. ad Inst. p. 609. add. singul. tract.
vigli Ricbteri. & tandem id genus alia, missio enim in
bonorum possessionem late patet & contra quemvis
prætoris sive Magistratus jussui non obtemperantem
ex quacunque causa institui potest. Vultej. de judic.
l. 2. cap. 6. num. 178. in quo subsistimus,
& reliqua mittimus.

Soli DEO Gloria.

DVm tendis Studiis Patriæ prodesse saluti
Justam reportas gloriam,
Pergito sic Fautore DÉO, magnisque Patronis
Per aspera niti ad ardua.

Nobili, Clarissimoque Dn. Candidato,
Hospiti ac Fautori suo æstimatis-
simo, Convictori non ita pridem
charissimo gratulabundus scripsit
P R A E S E S.

Tübingen, Diss., 1710-13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

G.27. num. 27. ~~22~~.
1712. 2. b.
DISPUTATIO INAUGURALIS
De
MISSIONE
IN
NORUM POSSESSIONEM
EX
PRIMO ET SECUNDO DECRETO.

Germanice:

Vom Einsaß aus Erster und Anderer
Erkanntnuß.

Occasione lib. 2. Decret. Tit. 15.

QVAM

EX DECRETO ET AUTORITATE
PLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
PRÆSIDE
ERNESTO THEOPHILO MAJERO,
U. J. D. J. CAN. P. P. O. & CONSILIARIO
WURTEMBERGICO,

PRO LICENTIA
MMOS IN IUTROQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA LEGITIME CAPESEN

Die Mart. MDCCXII.

In Aula Nova
Publice & solemniter defendet

ERICUS JACOBUS WIDT, Montisbelligardensis.

TUBINGÆ, Typis Viduae GEORG-HENRICI REISI.

